

timere, profugato illo, se liberato? Nec vero Lepidum timebamus. Quis enim esset qui illum tam furiosum arbitraretur, ut qui in maximo bello pacem velle se dixisset, in operatissima pace bellum reip. indiceret? Item paulo post, quare velim e- quidem (id quod spero) ut plane abscissus & fractus sit Antonius. Sin aliquis virum fore collegerit, sentiet, nec senatus consultum, nec populo R. virtutem deesse, nec reip. te virum, imperatorem.

D. Brutus M. Ciceroni S. D.

XI. 19. *Ad senatum*] Data est xxi. Kal. Jun. Vercellis. Dolet, se cum titonibus egentissimis esse: rogat ut quas ad senatum misit literas, perlegat, & si qua videbuntur, commutet.

M. Lepidus Imp. II. Pont. Max. M. T. Ciceroni S. P. D.

X. 34. *Si vales, bene est: ego quoque valeo. Cum audissem*] Data est xxi. Kal. Jun. ex castris, ex Ponte Argenteo. Nunciat se venisse ad forum Voconium contra L. Antonium: Silanum & Calpurnium ab eo discessisse: se neque Senatui, neque reip. in hoc bello desuturum.

M. T. Cicero C. Furnio S. P. D.

X. 25. *Si interest*] Deterret Furnium legatum Planci a perenda pratura: hortatur autem ut reliquias belli conficiat; id est, ut Antonium persequatur, post fugam Mutinensem bellum renovantem.

Plancus Ciceroni S.

X. 18. *Quid in animo habuerim*] Se acceptum esse nuntiat a Lepido. Itaque a. d. xxi. Kal. Jun. ab Hara castra movisse: pontem tamen reliquisse, & praedia firma ibi posuisse, ut adveniendi Bruto exercituique eius sine mora transitus esset paratus: ipsum se diebus octo cum Lepidi exercitu juncturum.

Plancus Ciceroni S.

X. 21. *Pudere me*] Scripta est biduo post superiorem: quia ait, *Scripti tibi biduo ante, me considere bono Lepido esse futurum, communique consilio bellum administraturum. Crediti chirographis ejus, affirmationi presentis Latrentis, qui tum apud me erat, reconciliatorem me Lepido, scilicet habere orabat. De hac autem re sic in epistola superiori, itaque post discessum legationem, cum binis continis literis & Lepido me ut ventrem rogaret, & Latrentis multa etiam magis prope implorans obtestaretur, &c. Se, cum ad Lepidum iret, iusti ejus constitisse, ac propterea suspectam ejus fidem habere ait.*

Cicero Planco S. D.

X. 22. *In te, & in collega*] Scripta est antequam Lepidus Antonium reciperet: quia ait, *concordia vestra, qua senatus declarata est. Intelligit autem consensum Planci & Bruti ad persequendum Antonium. Scribit autem Appianus, cum hoc tempore, antequam Antonius reciperetur a Lepido, D. Bruti exercitus laboraret morbo, Plancum cum exercitu propius accessisse.*

M. Cicero D. Bruto Imp. S. D.

XI. 15. *Esti mihi tuae literae*] Eadem sententia, qua utitur, offendit eodem tempore hanc epistolam scriptam esse, quo superior est: quae est haec, *conjunctio tua cum collega, concordiaque vestra, qua literis communibus declarata est, S. P. Q. R. gratissima accipit.*

Cicero Planco Imp. Conf. Def. S. P. D.

X. 13. *Ut primam*] Nuntiat senatus consultum factum esse in suam sententiam, in laudem Planci. Hortatur ut Antonium opprimat: cum ait, *qui M. Antonium oppresserit, is bellum confecerit.*

pido Antonium. Id si ita est, omnino faciliora: sin aliter, magnam negotiationem: cuius exitum ne extimeeam, tuae partes sunt.

Cicero Planco Imp. S. D.

X. 19. *Quoniam gratiarum actionem*] Idem agit atque in superiore, cum ait, *Incumbe ut belli extrema perficias. Qui M. Antonium oppresserit, is hoc retentivum bellum periculosissimumque confecerit.*

M. Cicero D. Bruto Imp. Conf. Def. S. D.

XI. 12. *Tres uno die*] Respondet literis Bruti, quarum initium est, *Non mihi remp. & eodem exemplo hortatur ad persequendum Antonium, cum ait, is bellum confecerit qui Antonium oppresserit. Addit praeterea, itaque homines alii fracti sunt: nonnulli etiam queruntur quod persecuti non sis: opprimi potuisse, si celeritas adhibita esset, existimant.*

C. Afinius Pollio M. T. Ciceroni S. P. D.

X. 33. *Quo tardius*] Hoc tempore scripta videtur: quia ait Antonium habere equitatum, ac legiones sub signis armatas tres: Ventidium cum eo se conjunxisse. Si nihil in Lepido spei sit, descensurum ad extrema. Parmam directam, L. Antonium Alpes occupasse; anni tempus majorem sibi libertatem dare, propterea quod frumenta aut in agris aut in villis sint: se deesse reip. nolle.

M. T. Cicero C. Furnio S. P. D.

X. 26. *Lectionis tuis literis*] Suadet hac etiam epistola Furnio ut pratura petitionem in alterum annum differat: nunc autem in bellum incumbat. Quod de Planci & Bruti concordia scribat, in eo se vel maximam spem ponere victoriae.

M. Cicero D. Bruto Imp. S. D.

XI. 14. *Mirabiliter mi Brute hestor*] Respondet literis quibusdam, quas Brutus Id. Maji dederat, his verbis, *Scriptisti autem ad me ite quas Id. Maji dedisti, modo se accepisse a Planco literas, non recipi a Le-*

D. Brutus Imp. M. Ciceroni S. D.

XI. 20. *Quod pro me non facio*] Laborem ait sibi nuntiasse, Caesarem de Cicerone questum, quod diceret, eum dixisse, Caesarem orandum & tollendum esse: non commissurum ut tolli possit. Se, nisi valde necesse fuerit, ex Italia non excessurum ait, legiones armare, parare, sperare se non pessimum exercitum habiturum ad omnes casus, & impetus hominum. Data vixit Kal. Jun. Eporodia. Mendose enim vulgo legitur vixit Kal. Jun. ex manuscripto libro.

D. Brutus M. Ciceroni S. D.

XI. 23. *Nas hie volentis recte*] Scripta videtur eodem die quo superior. Itaque ait, *que tibi suspensissimum literis mea manu scriptis, teneant tui causa homines loquentur. Lepidum commode de se videtur sentire ait, seque, dum a Cicerone literas accipiat, in Italia moraturum.*

Cicero Planco S. D.

X. 20. *Ita erant omnia*] Data est iv. Kal. Jun. Se accepisse a Bruto literas ait datas Id. Maji, in quibus erat, Plancum ad se scripisse, a Lepido non recipi Antonium. Praeterea ait, *qui reliquias hujus belli oppresserit, eum totius belli confecerem fore.*

Lentulus Ciceroni suo S. D.

XII. 14. *Cum Bratum*] Quaestor erat Afrae Lentulus. De Cassio & de Dolabella nuntiat. Data iv. Jun. Pergae.

P. Lentulus P. F. Proquaest. Propræt. S. D. Conf. Praet. Tribb. Pl. Sen. P. Q. R.

XII. 15. *Si vultis, liberique vestri valent, bene est*] Nuntiat eadem de Dolabella

654
HIERONYMI
bella & de Caffio, quas in superiori episto-
la nuntiaverat Ciceroni. Data est iv
Non. Jun. Pergæ. Nisi malimus legere
iv kal. Jun. ut sit eadem die scripta qua
superior.

D. Brutus Imp. Conf. Def. M. Cice-
roni S. D.

XI. 13. *Jam non ago tibi gratias*] Respon-
det epistola superiori Ciceronis, cujus
initium est, *Tres uno die*. Rationem af-
fert cur non statim persecutus sit Anto-
nium. Pollicetur, si quo casu Ifaram tra-
jicerit, resp. non desitutum. Addit praeter-
ea, *vos mecum animum, optimamque
spem de summa resp. habere volumus, cum
& nos & exercitus nostros singulari concor-
dia conjunctos, ad omnia pro vobis videa-
tis paratos*.

M. Lepidus Imp. II. Pont. Max.
S. P. Pl. Q. R.

X. 35. *Sic vos liberique vestri*] Data est
iii kal. Jun. Extulit se quod Antonium
repperit. Recepti autem a. d. iv kal.
Jun.

D. Brutus Imp. M. Ciceroni S. D.

XI. 26. *In maximo meo dolore*] Data
est iii Non. Jun. ex castris. Lepidus
Antonium recepit a. d. iv Jun. ex episto-
la Planci, cujus initium est, *Nunquam
mehercule*. Hoc autem significare videtur
Brutus in hac epistola, cum ait, *hoc scilicet
vobis, quod intelligunt homines me in-
missis ista que acciderunt. Et paulo post,
ad senatum literas misi*.

M. Cicero D. Bruto Imp. S.

XI. 21. *Dii isti Segulio*] Responder e-
pistola Bruti, cujus initium est, *Quod pro
me non facio*. Data est prid. Non. Jun.

M. Cicero D. Bruto S. D.

XI. 24. *Narro tibi*] Data est viii Id.
Jun. Responder epistola Bruti, cujus ini-
tium est, *Nos hic valemus recte*. Studet

RAGAZONII
ut in Galliam contra Antonium traiciat.
Neque enim adhuc audierat Antonium
esse receptum a Lepido.

Plancus Ciceroni S.

X. 23. *Nunquam mehercule*] Data est
viii Id. Jun. Civarone, ex finibus Allo-
brogum. Nuntiat a. d. iv kal. Jun. An-
tonium se conjunxisse cum Lepido, vix
se e manibus eorum esse elapsum.

C. Afinius Pollio M. Ciceroni S.

X. 32. *Balbus questor*] Data est vi Id.
Jun. Corduba. Narrat quae Balbus questor
gesserit: petitque ut quid sibi agendum
sit, ad se scribat.

M. Cicero C. Caffio S. P. D.

XII. 8. *Seelus affinis tui Lepidi*] Scri-
pta est post conjunctionem Lepidi & An-
tonii. Quod ex his verbis intelligitur,
*Seelus affinis tui Lepidi, summamque le-
vitatem & inconstantiam, ex actis que ad
te missi certo scio, cognosse te arbitror*.
Addit praetera nuntiata quaedam fuisse de
oppresso Dolabella.

M. Cicero C. Caffio S. P. D.

XII. 9. *Brevitas tuarum literarum*] Scri-
pta est eodem tempore quo superior: quia
ait, *tantumquam clausa sit Asia, sic mihi per-
seruus ad nos, praeter vultus de oppresso Do-
labella*. Et paulo post, *non consuevit cum
putarem bellum, repente a Lepido tuo in
summam sollicitudinem adducti sumus*.

C. Caffius S. D. M. Ciceroni S.

XII. 13. *Sic vales, bene est: ego quidem
valeo*. Cam resp.] Data est Id. Jun. Cy-
pro, Acromani Jacride. Nuntiat se per-
secutum esse Dolabellam.

M. Cicero D. Bruto S. D.

XI. 25. *Expectanti mihi*] Data est xrv
kal. Quint. Se vocare quotidie M. Bru-
tium in Italiam ait.

M. Ci-

M. Cicero C. Caffio S. P. D.

XII. 16. *Lepidus affinis tuus*] Scripta
est post prid. kal. Quint. quia ait, *Lepi-
dus affinis tuus prid. kal. Quint. sententis
omnibus hostis a senatu judicatus est, ce-
terique qui una cum tulo a republica desce-
derant. Quibus tamen ad sanitatem redenti-
bus ante kal. Sept. potestas facta est*. Et
paulo post, *Nos de Dolabella que volumus:
sed adhuc sine capite*. Nondum autem su-
periores Caffii de Dolabella literas acce-
perat.

C. Cicero Ampio S. D.

X. 29. *De meo studio*] Data est prid.
Non. Quint. Videtur scripta hoc tempore
quo plurimum poterat in republica Cice-
ro: quia ait: *Illi mihi necesse est conce-
dant, ut tibi plus quam ipsi, hoc tempore
prodesse possim*. Item, *fundamenta jeci sa-
lutis tue*.

Plancus Imp. Conf. Def. Ciceroni
S. D.

X. 24. *Facere non possum*] Data est v
kal. Sext. ex castris. Hoc tempore pete-
bat Octavianus consulatum in locum consu-
lum occisorum. Quod in hac etiam episto-
la significat Plancus, cum ait, *quod
vivit Antonius, quod Lepidus una est,
quod exercitus habet non contemndos, id
omne Caesari acceptum refero. Que mens
cum a tanta gloria avocavit, & ad cogita-
tionem consulatus bimembris transferret, ex-
putare non possum*.

Hoc anno C. Caesar Octavianus
prid. quam xx. annos implevit x.
Kal. Oct. cum Q. Pedio consulatum
inivit in locum A. Hirrii, & C. Pan-
sæ, qui in prælio Mutinensi cecide-
rant. Atque haud ita multo post Ci-
cero, inito inter Caesarem, Anto-
nium & Lepidum, triumphaturo, jus-
su Antonii interfectus est.

EPISTOLÆ ALIQUOT,

Quibus haud ita certa sedes invenitur.

M. Cicero M. Fabio Gallo S. D.

VIII. 23. *Tantum ex Arpinati veneram*]
Hac epistola eodem tempore scripta vi-
detur, quo epistola quaedam in primo
lib. ad Attic. quia cum utroque de signis
sibi curandis agit. Nam in epistola, cu-
jus initium est, *Quanto dolore*, ita ait:
*que tibi mandavi, & que tu intelligere con-
venire nostro Tusculano, velim, ut scribis,
cures. Nam nos ex omnibus molestis & la-
boribus uno in illo loco conqueessimus, quo
fratrem quotidie expectamus. Et in ea quo
incipit, Non committam, scribit: Q. fra-
ter cum uxore nunc in Arpinati prædio ve-
rat. Tu velim, si ornamenta quorundam re-
perire poteris, que loci sunt ejus, quem
non igitur, ne pretermittas. Nos Tuscula-
no ita delectamur, ut nobismetipsis tunc
denique cum illo venimus, placeamus. Et
in ea, cujus initium est, *Apud te est, ut
volumus*, scribit: *Hermæ tui Penelicis, de
quibus ad me scripsisti, jam nunc admodum
delectant. Quare velim & eos, & signa,
& cetera, que tibi & ejus loci, & no-
stri studii, & tue elegantie esse videban-
tur, quamplurima quamplurimumque mitas,
& maxime, que tibi gymnasiis xystique vi-
debantur esse. Et in ea, cujus initium
est, Cum essem in Tusculano, legimus:
signa nostra, & Hermetraclis, ut scribis,
cum commodissime poteris, velim imponas.**

Et si quod aliquid ex his ejus loci, quem non
ignorat, reperies, & maxime que tibi pa-
lesse gymnasiisque videbantur esse. Et in
ea, cujus initium est, *Cyrbus expectatio-
nis*, scribit: *quod mihi de Hermetraclis
scribis, per mihi gratum est, ornamentum
Academiae proprium meæ, quod & Hermæ
commune dicitur in Minerua figurate est e-
jus gymnasiis*. In his ergo locis meminit
Cicero Tusculani, quod exornare cupie-
bat, & quo fratrem expectabat: Arpinati-
tis, ubi frater erat. Signa præterea sibi
curari cupit ea quæ gymnasio, palaestra,
& xysto, & quædam alii loco quem ille
scit, congruant, ut Mercurium & Mi-
nervam. Eadem autem ferè in hac epi-
stola

stola

stola scribit ad Fabium. Meminit enim Arpatis, unde forte in Tusculanum redierat, cum ibi Q. fratrem reliquisset; meminit Tusculani, ubi tunc erat. Signa præterea se cupere ait, quæ gymnasium & palæstram exornent: cum inquit, *ea signa enere soleo, quæ ad similitudinem gymnasiarum exornent mihi in palæstra locum*. Meminit etiam xyli, & alterius illius loci: cum ait, *exhedria nova mihi quedam sunt instituta in porticula Tusculani: ea volebam tabellis ornare*. Xylum enim porticulam, locum illum exhedria intelligit. Baccharum præterea & Martis signa loco illi convenire negat, Mercurium probat. Cum ergo tanta sit argumenti similitudo, jure eodem tempore hæc scripta esse videri poterit, atque illæ ad Att. quæ ante consulatum Ciceronis, auctore Paulo Manutio viro eruditissimo, scriptæ sunt. Hoc tamen opinantes dicimus.

Cicero Gallo S. D.

VII. 26. *Cum decimum*] Meminit cæneæ auguralis apud Lentulum. P. autem Lentulus Spinther filium in consulatu suo, Dionæ auctore, in adoptionem Manlio Torquato dedit, ut augur fieri posset, salva lege, quæ duos ex eadem gente fieri augures prohibebat. Erat autem augur Cornelius Faustus Syllæ fil. ex quo appareret hanc epistolam scriptam esse post consulatum Lentuli.

M. Cicero C. Munatio C. S. D.

XIII. 60. *L. Livinejus*] Scripta videtur post exilium Ciceronis: quia ait, *summa enim ejus erga me officia extiterunt iis nostris temporibus, quibus facillime bonam benevolentiam boninum & fidem perspiciere potui*.

M. Cicero L. Culleolo S. D.

XIII. 41. *Quæ fecisti*] Videtur Culleolo proconsule in Illyrico esse: quia meminit in sequenti Bylionum populorum Illyrici. Scripta est vivente Pompeio: quia ait, *tum Pompejus quiescensque me videt* (videt autem seipsum) gratias tibi agit singulares. Id si ita est, profecto ante

primum consulatum Cæsaris scripta est. Nam Cæsar primum consul Illyricum ac Gallias a populo obtinuit in quinquentium: ac deinde prorogandum sibi imperium curavit in secundo consulatu Pompeii.

M. Cicero L. Culleolo Procof. S.

XIII. 42. *L. Lucejus*] Meminit in hac etiam Pompeji: cum ait, *sepe Lucejo Pompeji arbitratus satissæcuros*.

M. Cic. Q. Philippo Procof. S.

XIII. 74. *Esti non dubio pro*] Q. Philippus proconsule Asiæ regebat. In hac enim epistola fit mentio L. Oppii, & L. Egnatii, qui negotia habuerunt Philomeli, urbe Asiæ, ut apparet ex epistolis sequentibus ad Gallium. Commendat ergo ei absentem L. Oppium, & L. Egnatium, quos etiam presentes ostendit se commendasse tum cum Philippus discederet in provinciam.

M. Cicero Q. Gallio S. D.

XIII. 43. *Esti plurimis rebus*] Peto Gallium fuisse legatum Q. Philippi proconsulis in Asia. Commendat ei L. Oppium, & L. Egnatium, qui negotia habebant Philomeli. Non videtur autem adhuc Gallius in provinciam pervenisse: quia ait, *velim memorie tue causa desaliquid literarum, quæ tibi in provincia redantur*.

M. Cicero Q. Gallio S. D.

XIII. 44. *Esti ex tuis*] Commendat iterum Gallio L. Oppium.

M. Cicero Appulejo Proquaest. S. P. D.

XIII. 45. *L. Egnatio*] Appuleius videtur Quaestor fuisse Q. Philippi proconsulis in Asia. Commendat ei negotia ejusdem Egnatii, de quo ante.

M. Ci.

Incerta omnino sedes est hujus epistolæ.

Cicero Trebatio S. D.

VII. 21. *Silii causam*] Item hujus.

M. Cicero Q. Valerio Q. F. Orca S.

XIII. 6. *Si valet, bene est: ego quidem valeo. Credo*] Reliquæ epistolæ ad Valerium Orcam scriptæ sunt, cum esset præfectus a Cæsare dividendis agris. Hæc autem scripta est cum esset in provincia: in qua quo tempore fuerit, obscurum est.

Cicero Bassilio S. D.

VI. 15. *Tibi gratulor, mihi gaudeo*] Incertissimum tempus est hujus epistolæ.

Quintus M. Fratri S. D.

XVI. 16. *De Tironem*] Laudat fratrem Quintus quod Tironem in libertatem vindicaverit.

Q. Cicero Tironi suo S. D.

XVI. 26. *Verberavi*] Incertum epistolæ tempus, ut etiam sequentium.

M. Cicero Q. Anchario Q. F. Procof. S. D.

XIII. 40. *L. & C. Amelios*]

M. Cicero Quatuorviris & Decurionibus S. D.

XIII. 76. *Tante mihi*]

Cicero Regi S.

XIII. 52. *A. Licinius Aristoteles*]

M. Cicero P. Cælio S. D.

XIII. 51. *P. Messium*]

Cicero Curio Procof. S. D.

XIII. 49. *Q. Pompejus*]

O O O O INDEX

M. Cicero Appulejo Proquaest. S. P. D.

XIII. 46. *L. Nostius*] Eidem Appulejo proquaestori commendat L. Nostium.

M. Cicero Q. Philippo Procof. S.

XIII. 73. *Gratulor tibi*] Q. Philippus procof. ex provincia Asia Romam redierat. Gratulatur ei Cicero quod saluum se Romam receperit.

M. Cicero C. Memmio.

XIII. 3. *A. Eufium*] Commendat A. Eufium. Hanc epistolam inter eas quæ ad Memmium scriptæ sunt, non collocavimus: quia ait, *ut mihi coram recepisti*. Quæ vero ad Memmium scriptæ sunt, ostendunt Ciceronem nusquam cum Memmio locutum esse, cum Athenis exulabat.

M. Cicero Cornificio Collega S.

XII. 20. *Grate mihi tue literæ*] Hæc epistola separata est a reliquis, quas Cicero ad Cornificium scripsit. Nam cum reliquis scripsit, in provincia esse videtur Cornificius: cum hanc autem dedit, rusticari videtur. Quod quando fecerit, non liquet.

M. Cicero Papirio Peto S. D.

IX. 21. *Ante tandem*] Hæc epistola nihil ex se suppeditat, ex quo in suspicionem venire possimus, quo præcipue anno scripta sit. Multas etiam alias ad Petum scriptas epistolas, sed non omnes uno anno, ut ostendimus.

M. Cicero Papirio Peto S. D.

IX. 22. *Anno circuncidiam*] Quod dixi de priore epistola, idem de hac iudicandum est.

Cicero Trebatio S. D.

VII. 22. *Illustras heri inter scyphos*] Tom. VII.

INDEX HISTORICUS,

Qui eorum ad quos Cicero scribit, mores, & historiam paucis complectitur.

Auctore PHILIBERTO QUARTERIO, S. J.

Ordine alphabetico nomina describuntur, nulla prænominum habita ratione.

ACILIUS.

HUNC Senatus ipsa nocte, cum iam legiones ad Octavianum Cæsarem defecissent, clanculum misit in Picenum ad habendos delictus; sed a Cæsarianis in itinere captus, & servili, uti exierat, habitu ad Cæsarem deductus fuit; Cæsar ei poenam ad tempus remisit, ut opinionem nancisceretur clementiæ: aliquanto post cum aliis proscriptus est. Illi consanguineus Acilio, (nam affirmare non auiam eundem esse) qui Massiliensi in obsidione inuictum animi robur præ se tulit, de quo Suetonius, cap. 68. lib. I. *Acilius navali ad Massiliam prælio, infecta in puppe hostium dextera, & absissa, memorabile illud apud Græcos Cynegiri exemplum imitatus transiit in navem, undone obvolutus agens.* Aciliorum gens plebeja fuit, sed multis Consulatus, & Triumphis incluta.

AULUS ALLIENUS.

Aulus Allienus Siciliæ Reclor cum auctoritate Consulari: sic enim Hirtius in Bello Africano: *Cæsar deinde Alieno Prætor, qui Siciliam obtinebat, de omnibus rebus præcipit, & de reliquo exercitu celeriter imponendo datis mandatis ipse navem conscendit.* Idem Allienus postea Cæsari reliquum exercitum a Lilybæo transfrenit in Africam, ut ibidem Hirtius refert. *Allienus, inquit, interim Præconsul e Lilybæo in navem onerariis imponit legiones decimamtertiam & decimamquartam, &c.*

& in Africam misit ad Cæsarem. Successisse Acilio videtur. Eius extat denarius argenteus cum signo Triacriæ, & Victoria in rostro navis.

TITUS AMPIUS BALBUS.

Titus Ampius Balbus, Tribunus plebis anno U. C. 690. legem tulit, ut Cneus Pompejus ob Mithridaticam victoriam, corona laurea in ludis Circensibus, & omni cultu Triumphantium uteretur. Post Ædilitatem, Præturam sortitus est; ex Prætura vero, Ciliciæ administrationem, in qua Lentulum Spintherem, de quo postea dicemus, successorem habuit.

QUINTUS ANCHARIUS.

Quintus Ancharius ad Tribuniciam dignitatem evectus est anno U. C. 692. Coss. Cæsare & Bibulo: summis a Cicerone laudibus extollitur egregia illius in hoc munere fides, ac firmitudo, cum ausus sit Publii Vatinius collegæ perniciosis actionibus palam adversari.

Anno 698. ex prætura Macedoniam sortitus obtinuit, Lucio Pisoni Proconsuli successore datus, qui ex senatusconsulto eo provinciam male habitam revocatus erat.

CAJUS ANTONIUS.

Cajus Antonius, Marci Antonii Triumphii avunculus, avaritiæ fordibus infamis; somi fidei dubie Consul, dux bello in-

liq, iniquus provinciam moderator, natura suspicax, imbellis animo, mente curis gravioribus impari, in amicos turpiter ingratus; Syllæ partes in civili disensione secutus, cum Achajam spoliasset, a Censoribus senatu motus est; restitutus tamen, Ciceronis in Consulatu collega fuit; devotioque per Petrejum legatum suum Catilina, (ipse enim aberat) Imperator appellatus, laureatos falcis in Macedoniam, quæ forte ipsi obvenerat, & provincia per viam, & avaræ administrata, desuit; sed oppressus a Dardanis, & accusante Marco Cælio damnatus, apud Cephalenos quindecim annis exulavit, donec interfecto Cæsare, a Marco Antonio Consule revocatus, paulo post et vita discessit.

MARCUS ÆMILIUS LEPIDUS, ET M. ANTONIUS.

Antonii domus plebeja, Lepidi Patricia majorum gentium fuit; utraque nobilis, summisque semper honoribus perfuncta: hic ab Æmilio Ænæ nepote: ille suam ab Hercule originem repetebat; ambo prope diu, ac florente fortuna usi sunt; sed Antonii prosperitas egregia erat animi subnixâ doctibus: Lepidus constantem adeo fortunæ indulgentiam, nulla virtute meritis videtur; uterque Cæsaris amicitia, triumviratus vinculo, amicorum proscriptione, libertatis, ac Republicæ ruina famulosus.

Antonio fuit eximia formæ dignitas, promissa barba, procerum corpus, frons largior, adnexus natus, virilis ab omni parte facies, quæ pictam Herculis imaginem adumbraret: facetus ac dicax, perpotentia deditus, bello melior, quam pace; militum ad mensam comes, quorum animos ac benevolentiam nemo sibi melius conciliare didicit: mira fuit in eorum simplicitas: in præmiis effusus, paucisque; ad beneficia tamen, quam ad supplicia proclivior: si quem aculeis offenderet, inhielo vulneri adhibebat illico medelam, si quidem repungi poterat, & vicissim impune petringi, ex æquo hitaris, sive rideret alios, sive ab aliis ipse rideretur.

Cæsar illos in consulatu collegas habuit, Lepidum anno 707. Antonium autem anno 709. quo Cæsar necatus est. Ambo sub eodem Dictatore magistris equitum; uter-

que, necem ut Cæsaris ulciferetur, factus est cum Octavio triumvir: ille fratrem, hic avunculum proscriptis: Lepidus pontificis maximus, Antonius etiam Orientis imperator, ille non multo post copiis froliatus ab Octavio, Cicerones relegatus est; alter in Actiæ pugna victus ab Octavio, sibi mortem Alexandriæ conficit; orbis forte futurus magister, nisi Cleopatrae servitæ mulisset, quam orbi universo dominari: liberali vir ingenio, & quæ virtus principum vitorum propria esse solet, præcipua benignitate in eos, quos res angustæ vexabat; immensas nempe opes, non ad privata commoda, sed ad salutem amicorum congestas esse dicebat.

Levis & inconstans Lepidus, minima domi ac militiæ gloria; in quo inerat cum mediocri virtute summa vanitas.

APPIUS CLAUDIUS PULCHER.

Appius Claudius Pulcher ortus est Patricia Claudiorum stirpe, viris domi, militiæque inletris secundus.

Peracto consulatu anno U. C. 699. in quo Domitium Ænobarbum collegam habuerat, Ciliciæ proconsul, & Cypri renuntiatus est. Lentuli Spintheris successore, anno 700. Et quoniam in octavium ferme mensum, sublati tribunorum interfectione comitiis, interregnum duravit, neque leges ullæ ferri poterunt; serius, absque lege Curia, suoque propterea sumptu in provinciam abire, uti solius explicatum est in notis ad librum tertium.

Anno U. C. 701. Imperatoris nomen adeptus est; ex qua pugna, non liquet: rem tamen ab eo bene gestam, non modo Imperatoris inscriptio, sed petitio triumphi testatur.

Successori Tullio, non modo obviam prodire, uti mos erat, noluit; sed ejus præterea declinavit aspectum; sui nempe generis splendorem inflatus, novum despiciat hominem, sibi quæ dignitate patrem fieri, ægre ferēbat.

Anno U. C. 702. e Ciliciâ decedens ad urbem accessit, ut triumphum ob egregie bello facta peteret, sed a P. Dolabella, Ciceronis paulo post genero, ambitus, & majestatis accusatus, triumphum postulatione relicta, Romam ingreditur, moxque tribunali cum accusatore se sistit; quo facto

adversariorum retudit sermones, paratiorque visus, quam speraverat accusator; Horrensius deinde, & M. Bruto defendentibus absolutus est, & ambitus & majestatis crimine.

Anno U. C. 703. Consularum obijt cum L. Calpurnio Pisone Censorio, Cæsaris fero; hique ultimi fieri censors, qui libera republica, ex privatorum numero populi suffragiis creati sunt: languebat jam tum hæc dignitas in tam perverso civitatum statu, & nemo sane mentis hæc admodum appetebat; ne aut notandis civibus in odium, aut non notandis in populi reprehensionem incurreret. Appius autem factionis Pompejanæ contra Cæsarem fautor acerrimus, Cæsari, præter animi sui sententiam, multum profuit; plures enim cum notaret, tam ex senatorio, quam ex equestri ordine, eos a bonis alienavit paribus, æque ut Cæsarianas amplecterentur, effectit.

Lustrum vero conditum ab iis illud fuisse existimo, quo Plutarchus in vita Cæsaris scribit, ante bellum civile censâ fuisse civium trecenta viginti milia, cum deinde anno urbis 707. post bellum Africanum, Cæsare jam dictatore censum agentis, non ultra centum quinquaginta milia numerata sint, reliquis bello civili quatuor annorum spatio, consumptis. *En quo discordia civis Perduxit miserum.*

In hac fatali dissensione Pompejum secutus, ante Pharsalicam pugnam morbo extinctus est, anno 705. inquieto vir ingenio, spe ferax, divitiarum cupidus; provinciarum, quas rexit, non tam custos, quam expilator, scelorum ferme omnium conficius, quæ censor in aliis severe notabat; nobilitate demum sua, & insita Claudiorum familiaris superbia, præter modum elatus.

APPULEJUS.

Hunc esse credibile est, cujus meminit Tullius Philippica sexta, & ultima. Hic tribunus plebis, (anno U. C. 710.) Ciceronem populo excusavit, saluque ostendit rumorem fuisse, qui per urbem ab inimicis sparsus erat, ipsum, consilium orbata republica, sacces & imperium querere; a senatu contra Antonium sterisse consistat, & a triumviris cum altero Ap-

pulejo, ut refert Appianus, proscriptum; quorum alteruter idem est cum eo ad quem scripta est Ciceronis epistola: M. tamen Appulejus mortis elapsus discrimine, consilium obtinuit cum Silio, de quo infra.

BASILIVS.

De Basilio certi nihil affirmari potest, nisi ille sit, ut Corradus opinatur, qui cum Cæsari favisset, in Cæsarem conjuravit, & a feris interfectus est.

BITHYNICVS.

Bithynicus e Pompeja gente, qui genti cognomen hoc Bithynia devicta peperit; filius, nisi fallor, Auli Pompeji, quem Plinius scribit, in Capitolio, cum deos salutaret, repentina morte obisse, lib. VII. cap. 52. Tullius in Bruto Q. Pompejum Auli filium nominat, & fuisse secum, & cum M. Pisone amicitia, & studiis, exercitationibusque conjunctum, & biennio circiter se majorem dicit: utrum autem Q. Pompejus, qui clarus inter oratores a Tullio reponitur, idem sit cum eo, ad quem hæc epistolam mittit; an ejus pater, ut Manurcio videtur: id enim vero asseverare nolim; uterque saltem Pompejanus in bello civili diverso tempore perijt.

DECIMVS BRVTVS.

Decimus Brutus e Junia gente a Posthumio adoptatus est; unde factum, ut cognomen *Albini* adhaereret; Cæsari familiaris; ejusdem in Gallia legatus designatus ab eo consul; ceteriori Gallias præpositus, ac testamento post Octavianum relictus heres; Cæsaris tamen post tot beneficia percussor.

Mortuo Cæsare eadem hæc Gallia citerioris administratio a Senatu D. Bruto confirmata; sed cum Antonius, qui civile bellum excitare cupiebat, eam appeteret, solus utpote consiliis apam, nec posset obtinere; ideo Brutum (anno 710.) Martine inclam per menses multos obsevit.

M. Antonius hostis patriæ judicatus est, & obsidione soluta fugere coactus; ad viæ Brutus liber evaserat, cum ecce nuntiatur, Octavianum Cæsarem cum Lepido & Antonio

foct-

focietatem fœderis iniisse: viribus inferior ad M. Brutum in Macedoniam profecti statuit, sed paulo post desertus a suis, ad Aquilejam iussu Antonii (anno 710.) interfectus, *justissimisque*, inquit Vellejus, *optime de se merito viro Cajo Cæsari parnas dedit; cujus cum primis omnium amicorum fuisset, interfectus fuit. Et factum, ex qua fructum tulerat, invidiam in oculum relegabat, consensuque agnom, quæ acceperat a Cæsare, restituit; Cæsarem, qui illa dederat, perijisse.*

MARCVS BRVTVS.

M. Brutus e Junia gente, quæ Roma Tarquinios eiecerat, oriundus; post Cn. Servilii adoptionem, M. Brutus Cæpio nominatus est.

Pietate in patriam, candore morum, vitæ innocencia, elegantia ingenii, literarum ac Philolophiæ studio, Ciceroni & optimo cuique carissimus extitit. Ejus pater, iussu Pompeji Magni castus traditur; unde gravis inter utrumque similitas: civili nihilominus dissensione orta, Pompeji factionem, quod eam Cæsarianam justiore crederet, secutus est, doloremque suum republicæ charitati posuit.

Post cladem Pharsalicam, Larissam fugiens, non modo servatus est incolumis, sed ad summas quoque dignitates evectus.

Anno 707. Cæsar prius in Africam quam navigaret, cum Gallis Cissalpinæ, necdum Pratorum profuisset, quam singulari moderationis & sapientie laude administravit; incorruptus iudex, & integer, summis pariter & imis acceptus, exteris admirationi, ne quidem hostibus odio, quippe cui aliena mens erat a voluptatis & avaritiæ foribus, perpetuam in omnes & comparandi miraculo lenitas.

Anno 709. Cæsaris ejusdem beneficio preturam urbanam obtinuit; sed sui, Cæsariæque oblitus, necem ei velut tyrannum, moliri ausus est, quem ut beneficium & patientem colere debuerat; etsi non tam sponte sua, quam Cassii impulsu id fecisse constat, nec sui, sed republicæ unius causa; quod ipsum Antonius testimonio suo comprobavit, dicere solitus, ceteros in Cæsarem conjurasse, privatum ut odium fatarerent, Brutum, ut publicæ dantaxat utilitati consuleret.

Anno eodem, vix erat peracta cædes, cum Antonius, corrupto Cæsaris testamento, accititque Romanis veteranis militibus, plebem in conjuratos excitavit. M. Brutus & Cassius veteranorum, qui Cæsarem amabant, & plebeie factionis metu, urbe deserunt, ambo edictis testati, libenter se vel in perpetuo exilio victuros, dum republicæ constaret concordia.

Cum Cæsar bellum Parthicum cogitans, tam provincias quam magistratus in plures annos ordinasset, M. Bruto Macedoniam, Syriam Cassio, quas ambo prætura defuncti regerent, decreverat; verum Cæsare paulo post occiso, M. Antonius & Dolabella consules, contra acta Cæsaris, & invito senatu, hic obtinuit Syriam; Macedoniam ille C. Antonio fratri, cum Galliam sibi ipse impetrasset, concessit; ad Senatum hoc anno (710) hostibus patriæ declaratis, & Dolabella, quod Cajum Trebonium Proconulem in Asia crudeliter necasset; & Marco Antonio, quod Gallia Cissalpinæ per vim occupata, Decimum Brutum Mutinæ obsideret, Marco Bruto Macedoniam cum Illyrico, Cajo autem Cassio Syriam, bellique contra Dolabellam gerendi curam attribuit; aliis insuper additis est Ciceronis sententia honoribus, uti scilicet omnes transmarinam provinciarum Regiones, Bruti, & Cassii imperata facerent, exercitiisque pecunias, & classem, prout libitum esset, colligerent. Hujus decreti auctoritate, Brutus copias accepit a Vatinio Proconule, qui per annos aliquot Illyricum tenuerat, & Cajo Antonio Marti fratre, quod insidias sibi stueret, interempto, firmum & ipse exercitum, pro libertatis defensione, comparavit.

Anno 711. cum Bruto, & Cassio conjuratorum principibus, Octavianus & Antonius acie decerant in campis Philippiis, vario primum eventu, si quidem utrinque dextra cornu vicebant, & utrinque castra direpta sunt; sed Cassius, qui in eo cornu erat, quod pulsum est, ratus totum esse suum exercitum, se ipse interemit. Brutus iterato post unum circiter mensem pralio, victus, & ipse mortem sibi concivit, annum agens septimum & trigessimum: vir gloria nemini posthabendus; nisi præpostera patriæ charitate, suaque in Cæsarem perfidia, suo nominis turpitudinis labem aspersisset.

AU.

AULUS CÆCINA.

Aulus Cæcina excellenti ingenio fuit, animo forti, & magno, summa virtute, literis hand mediocriter eruditus, scientia præsertim auguratus insignis; Etruricæ, unde Romam venerat, nobilissimus, graciosus apud populum, auctoritate summis prope par; sed promptus lingua, scriptis male dicitur, qui non modo contra Cæsarem pro Pompejo distrahit gladium, sed styium intusper acuit; quapropter in exilium actus, impetrare vix tandem potuit ab irato Cæsare, ut in Italiam reverteretur. De Etruscæ disciplina, ut Plinius ait in indice lib. II. volumen edidit, ex quo nonnulla de fulguribus recitat Seneca lib. II. nat. Quæsi. c. 56. p. 878. cum hoc elogio: *Favendus vir, inquit, qui habuisset aliquid in eloquentia nomen, nisi illum Ciceronis umbra pressisset.*

CAJUS JULIUS CÆSAR.

Cajus Cæsar Juliorum ortus est gente, qua nullam agnovit illustriorem Roma, cujus nullo Regum se Dominos esse jactabant: plus tamen familiaris splendoris adidit, quam ab e mutatus est; amplificandæ fortunæ suæ primarius artifex, & auctor.

In uno Cæsare collecta erant hæc natura dona, quæ ducenti omni ex parte perfectum effingunt. Ingenii vis, animi robur, morum suavitas, corporis firma constitutio, acres oculi, statura eminens, oris eximia species, & ad majestatem facta; magnitudo cogitationum, celeritas bellandi, perpetua domi, militiæque felicitas: quo gravius periculum, eo firmior audacia; somnus, victusque, non voluptate, sed necessitate finitus; eadem semper diversis in rebus mentis sedes, ut nec infimus unquam se deprimi, nec summis altius attolli pateretur. Vix ullus aliter, in quo tam cæta extiterit vite æqualitas, tanta in prosperis moderatio, in terentibus injuriis par lenitas, hostium semper victor, vicis hostibus raro non peperit.

Sed hæc virtutes, quantumvis erant magnæ, major utique vincebat ambitio, quæ nec privatum hominem, nec in Reipublicam

cæ sinu educatum deceret. Cæsaris illa vox fuit ex Euripide deprompta:

Si violandum est jus, regnandi causa violandum est, Aliis rebus pietatem colas.

Gadibus in Templo Herculis, ad vitam imaginis statuum ingemuisse fertur, quod ea ætate, qua Alexander orbem terrarum armis subegerat, nullum adhuc reum se gesturum monumentum extaret: hæc amulatione ad novas spes captandas incitatus est.

Conciliare sibi plebem; improbis esse perfugio; militum flectere quo vellet animos; optimatum frangere potentiam; libertatis in speciem defensor; ut eam opprimeret; novarum in dies legum architectus, ut antiquas everteret; eloquentiæ studiosus, ut, quos in curia defenderat, illos in perpetuum sibi devinctos teneret; in largitionibus effusor, ut corumperet, quos opibus auerat.

Religionis ultra fidem negligens, nihil quidquam, vita superflite, a diis immortalibus postulavit, quid sibi post mortem impenderet, parum sollicitus.

Anno U. C. 692. ex urbana Prætura Lusitaniam ductus provinciam, ac rebus ibidem præclare gestis, Triumphum meruerat, sed hujus certam spem Consulatus honori posthabuit.

Anno sequente, cum Pompejus impetrare non posset, ut acta sua confirmarentur, relicto senatu, se cum Cæsare, Crassoque conjunxit; sic facta potentis societas, ac jurejurando firmata, ut nihil deinceps, nisi ex eorum motu, in Republica rariim esset: verum illud animo meditabatur Cæsar, ut alterum alterius opera perderet, ipseque solus aliquando dominaretur; inde civiles armorum motus, quibus orbis terrarum concussus est.

Anno 694, Cæsar Consulatum adeptus, Pompeji acta per Senatum approbavit; Stellatam & Campanum agros in plebsque cives divisit; deinde ut equestrem ordinem ab Senatu dissidentem sibi adjungeret, publicanos diminutionem flagitantes, tertia mercedum parte relevavit: Lucullo, Bibulo, Catone ipso frustra obstreperante.

Solus itaque regnabat in Republica Cæsar, quasi Consulatum solus gessisset; omnis Collegæ adempta auctoritas; quapropter id omne quod factum est hoc anno

tam.

tam vere, quam jocose factum esse dicebatur, *Julio, & Cæsare Consulibus.*

His artibus, & infinita largitione, cum sibi ordinum omnium gratiam parasset, Galliam provinciam obtinuit; pejus autem quam Roma discederet, affinitatis vinculo potentiam suam firmavit; ne quid enim, absente se, Pompejus per Gabinius, qui cum Pisone designatus erat Consul, moveret, Julia filia Pompejo collocata, Pisonis ipse duxit.

Cum autem Cicero Cæsarem aperius perfrinxisset, sensit injuriam Cæsar, ac dissimulavit; occasione nihilominus undique conquesta, qua se furtim, ac velut aliud agens ulcisceretur; nihil proposito convenientius visum est, quam ut Clodium, aliunde jam insensum Tullio, in eum sulcicaret: opinioni respondit eventus; vix enim ad plebem, adoptante P. Fontejo, Clodius traductus est, & Tribunia potestate donatus, cum summis contumelias adfessum Ciceroem, exilio tandem mulclavit.

Cæsar decretam sibi provinciam novem annis rexit, ut auctor est Suetonius; quo intervallo (ab anno 695. usque ad 703.) Galliam omnem, quæ a saltu Pyrenæo, Alpibusque, Rheno, Rhodanoque fluminibus continetur, in provinciæ formam redegit: prius etiam Romanorum Germanos Trans-Rhenanos, ponte super Rhenum imposito, læcessivit; Britannos quoque adiit, quo nullus antea penetrarat.

Anno 697, Cn. Cornelio Lentulo Marcellino & L. Marcio Philippo Coss. legionibus in hiberna deductis, transgressus Alpes, ut res urbanas ipse cognosceret, Luca, quæ proxima Galliæ Cisalpinæ civitas erat, hiemavit; ibi cum Pompejo, Crassoque ita pactus est, ut sibi provincia Galliæ in aliud quinquennium prorogaretur, Pompejus Hispaniam; Crassus Syriam fortiretur, Parthicumque bellum, amboque simul anno insequenti Consules fierent; sic Domitius Enobarbus, qui palam minatus erat, se adempturum Cæsari & exercitum, & provinciam, Consulatu excidit.

Anno 701, subacta tandem Galliæ, incredibile dictu est, in quantum opes Romanæ, vel ex hac una provincia creverint; certe Vellejus asserit, Cæsaris

auspicis ac virtute fractam, idem bene stipendium, quod totus terrarum orbis contulisset. Immenis igitur thesauris locupletatus Cæsar, Rempublicam largitionibus ante corrupt, quam ambe evertit.

Anno 702, mortuo Crasso, cum neque patrem Pompejus, neque superiorem Cæsar amplius posset, civile bellum exortum est; id agentibus (anno 703.) Pompejanis, ut provincia Cæsar, exercitumque cederet; Cæsarianis vicissim, idem ut Pompejus faceret, annuientibus.

Anno 704, tandem Senatus decrevit, ut ante certam diem Cæsari exercitum dimitteret: Curio, Antonius, Cassius, nequiquam intercedentes, fugere coguntur ad Cæsarem, qui cum copiis ad urbem properans, ita Pompejum, alioque perterruit, ut sine more, urbe, ac deinde tota Italia relicta in Græciam navigarent.

Cæsar Italia tota intra sexaginta dies, torrentis fluvii more, peragrata, & in suam potestatem sine sanguine redacta, in Hispaniam proficiscitur, Afranium, Petrejumque Pompeji legatos ad Ilerdam superat, exercitu eorum in dedicationem accepto; in reditu Massiliam expugnavit, primaque Dictatam donatus est, quam quidem quater, ac postremo perpetuam obtinuit.

Anno 705, in Pharsalicis campis viclus est a Cæsare Pompejus. Anno 706, confecto Alexandriæ periculossimo bello, regnum Cleopatæ, ejusque fratris permisit; deinde Pharnacem in Ponto profligavit, tanta felicitate, & celeritate, quantam elogium illud Cæsaris testatur, *veni, vidi, vici.*

Anno 707, Scipionem, & Catonem in Africa cum Juba Rege devicit; Romamque reversus, fastos, annonicæ castigavit, unde anni Juliani profecti sunt.

Anno 708, Pompeji denique liberos ad Mundam in Hispania maximo, difficillimoque prælio prostravit, fuditque.

Anno 709, vix quatuor mentes, tot laborum, victoriarumque fructus, perceperrat, cum Bruti, & Cassii, aliorumque conspiratione, in senatu ipso confossus est, anno ætatis, ut Plutarchus ait, quinquagesimo sexto, sine duntaxat, non aliena mortis consensu, spretis scilicet amicorum consilio, qui suaserant, ut partam armis dominationem, armis tutaretur.

CA.

CAJUS CASSIUS LONGINUS.

Cassius fuit conjurationis in Cæsarem præcipuus auctor; bello quidem nobilis, sed iracundus, & natura asper: apud milites in pretio, sic tamen ut ab his timeret, quam amari crudelis & ferox: provinciarum, quibus præfuit, clades; hominibus implacabilis; inter familiares facetus & dæx: in beneficium sibi Cæsarem crudeliter ingratus.

Anno U. C. 701. ex quaestura Syriam aliquandiu, donec M. Bibulus advenisset, administraverat, reliquitque exercitus post eadem M. Crassi conservatis, Parthos Antiochia fortiter repulerat.

Anno 704. tribunus plebis Pompejanam factionem amplexus est; & anno sequenti classi Syriacæ a Pompeio præpositus; sed in Cæsarem cum imprudens incidisset, se suasque naves ei tradidit; a quo deinde amplissimis honoribus decoratus est; ex animo tamen Pompejanis amicus, Cæsaremque dominum agrè ferens, in eum conjuravit.

Anno U. C. 711. ad urbem Philippos in Thessalia, cum adversus Octavium & Antonium acie decertarent conjuratorum principes, ut Cassius sensit, eam partem exercitus in qua erat, inclinare, ratus totum exercitum solum esse, sibi manus intulit.

Percussoribus porro Cæsaris nullus triennio amplius superstes fuit, & omnes violenta morte sublatis, immo & quidam, eodem pugione quo Cæsarem confoderant, se ipsos interemerunt.

MARCUS PORCIUS CATO
UTICENSIS.

Porcia gentis gloria a M. Catone censorio duxit initium, sed in Catone Uticensi supremum apicem attingit. In eo vel a prima ætate eluxit indoles, quæ nec allichi blanditiis, nec minis terretur poterat, fortitudo dominatrix, adulationis impatiens, a vitio quolibet aliena; irasci non facillis, sed ubi exarasset, difficilis placari.

Uti virtutem tanto studio juvenis adhuc incubuit, ut divino instinctu eo videretur impelli; victus ei tenuis, vestitus simplex,

vultu, dum vixit, gravi semper ac severo: majori utique admiratione ac laude dignus, quod in lucem non prodierit. Curiatorum aut Fabriciorum tempore, quo frugalitatis amor Romano civi in partem cesserat, virtutisque sola laboris incitamentum erat ac merces. Ea vixit ætate Cato, quæ Romæ principatum tenebat avaritia, luxus, ambitio; legum jacebat auctoritas, nullus justitiam, religionem locum novam induerat faciem Romam; respicienda, & continua flagitiorum serie, ultimam sibi met cladem imprudens parabat: in tanto cupiditatum vitiatorumque dominatu, Cato solus a virtute contra vitium stetit.

Si quæ nasceretur inter civis controversia, Catonis super hac judicium vim habebat oraculi; huic rei vel id unum testimonio est: de tribunatu disceptabant viri civitatis primarii, nec patrum decretis adduci poterant, ut ambitu desisterent: tandem jurant, id se ratum habituros quod Cato censuisset; hac ipsa re testati pluris a se fieri sententiam Catonis, quam auctoritatem tenentur.

Anno U. C. 698. designatis per vim consulis Pompejo & Crasso, statum Catoni fuit prætorum reipublicæ causâ petere, ut imminentem tyrannidem auctoritate maiori prohiberet: sed per vim, obnuntiationem, pecuniamque depulsus est: factusque prætor in ejus locum Vatinius; homo sane nequam: bonis ingemiscensibus, & Catone ipso prænuntiant, quanta reipublicæ mala ab his impenderent, qui prætorem esse Catonem volebant.

Sequenti tandem anno prætura donatus est, quam tanto exercuit integritatis ac sapientie studio, ut id solum ei videretur habere rationem quod haberet justitiam; homo, ut Vellejus ait, virtuti similissimus, visusque semper mortali conditione major.

Anno 702. consulatum petierat M. Cato; non privati honoris, sed reipublicæ causâ, cui perniciem nimia Cæsaris ac Pompei potentia struebat: sed ejus petitioni utriusque factiores obstitērunt, quod palam præ se ferret, se consulem arma Cæsari erepturum; sua illi quoque austeritas obtulit, cum non modo largiri nihil voluisset, ut ceteri; sed etiam a senatu contendisset, ut soli candidari per se preferant; itaque irato in eum populo, expulsam passus est, indignante Tulio, ac

meri.

merito Catonem argente, quod reipublicæ conservandæ gratia petitionis molestias devorare recusasset.

Anno 703. profligato ad Pharsalum Pompejo, cum summum Catoni a militibus deferretur imperium, Scipioni viro consulari, ipse tantum prætorius, parere maluit.

Anno 706. suis iterum in Africa Pompejanis, Uticæ gladio se transfixit. Libertatis, quas licuerat, columnam ac defensor; sed hostium multitudine obrutus, cum illa ferat interitus: neque enim Cato libertati superstiti esse poterat, neque Catoni libertas.

CLUVIUS.

Cluvius Puteolis in Campania natus, is est, nisi sum falsus, quem in epistola 56. lib. XIII. Thermo de meliori nota commendat; illum quoque Cæsar agrorum distributioni præfecerat.

CAJUS COELIUS CALDUS.

C. Coelius Caldus, adolescens nobilis, acri judicio, & eximia morum suavitate, e Caldorum familia, quæ Coeliæ gentis tum antiquissima Romæ erat, & sola consularis.

Anno U. C. 703. Ciceronis in Cilicia quaestor fuit; ab eoque cum discederet, provincie suo loco præpositus: cujus facti rationem reddit in epistola decima quinta libri II. ad M. Cælium Rufum scripta.

MARCUS COELIUS RUFUS.

M. Coelius Rufus, e plebejo & equestri genere Puteolis natus est, sumptuque virili toga, a patre ad Ciceronem deductus, ut liberalibus disciplinis informaretur: quo magistro facti profecit, ut summus inter Oratores Quintilianus eum referat.

Tribunus plebis, anno U. C. 701. quo anno Clodius a Milone occisus est, optatum, & Milonis ipsius causam contra populi furorem studiosissime suscepit, quin & ipsi consuli omnium qui adhuc existerant, potentissimo resistere ausus, & leges, quas ad oppugnandum Milonem de vi & ambitu tulerat, arguere; sic indit-

Tom. VII.

gnante Pompejo, ut palam diceret, se rempublicam armis, si cogereetur, defenditurum.

Anno 703. ædilis curulis fuit, Hirro competitor dejecto, qua de re Iocostus ad Ciceronem, & vicissim ad ipsum Cicero scribit. Ludos solenni exhibuisse pompa testatur epistam Cælii literæ, a quibus ferme singulis Tullium rogat Cilicæ tunc proconsulem, ut per Cithyratas Pamphylia populos, & venandi artes nobiles, Parthias conquiri, sibi que ad apparatus sui numeris mitti quamprimum curet.

Anno 704. orio Cæsarem inter & Pompejum diffidio, neutram in partem inclinare visus: mutata mox sententia, Cæsari adhaerit, ad quem una cum Curione, ut incendio civili facem ministraret, Ravennam profectus est. Ab ipso demum Cæsare deficit; cujus defectionis hæc vulgo causa traditur.

Anno 705. prætoriam dignitatem, sed peregrinam ei Cæsar dederat; urbanam autem que longe illustrior, Trebonio: id ferens indignè Coelius, de Cæsare in Græcia contra Pompejum bellante falsis in vulgus rumores sparit, quasi victus in acie cecidisset; post novarum tabularum ac seditious auctor, factu in Trebonium impetu, eum de tribunalî deturbavit: quomobrem Servilii consulis decreto, senatu prohibitus, & concionem ad populum habere cum vellet, ab eodem de rostris per vim deductus est. Iste ignominia permostrus, ac dolore, Roma egreditur, ad Cæsarem se proficisci simulans, clam vero nuntios ad Milonem mittit, qui Clodio interfecto exulabat; Cæsari, a quo reditum in urbem non impetrarat, infestus: bellum igitur ambo parant. Coelius pervenit Thuriis, Tarentini sinus oppidum; ibique cum municipes aliquot, militeque promissa pecunia sollicitat, opprimitur.

Vit eloquentia Curione superior, sed non minus ingeniose nequam, iracundus, prodigius, intemperans, auidax, saltandi studiosissimus, quæ ars quondam ingenius vix cognita: formosus Orator, ut crimina tam men obiceret melius, quam defenderet: multa in eo urbana, verum stylus asperior: inconstantis animi, qui modo reipublicæ, modo Cæsaris, nullius modo iura propugnaret: eloquio demum, quam mente ac fortuna melior: tumultuose cum vi-

P p p p

xii-

QUINTUS CORNICIFICUS.

Q. Cornificius doctrina præſtans & ingenio in eorum numero, qui de arte rethorica ſcripſerunt, a Quintiliano reponitur: African præconſul obtinuit, ut aper-
tis fatiſ declarant Ciceronis ad eum epiſtola. Cæſare interfecto, cum M. Antonio conſul bellum cogitans, diſtributiſque in ſequentem annum provinciis, Calviſium Cornificio ſucceſſorem deſtinaret, fortitionem hanc ſenatus irritam fecit, & Cornificio, aliſque provinciarum rectoribus prorogavit imperium, donec uſque ſenatus-conſulto iſ ſuccederetur: verum aliquanto poſt, cum ex fodere inter triumphos into Cæſar junior African omnem cum finitimis inſulis in quinquennium accepiſſet, cum T. Sextio, qui Cæſaris eum nomine de provincia decedere jubebat, bellum geſſit, proſcriptos a triumphis, & ex Italia profugos recepit, poſtque varia certamina prælio tandem victus & interemptus eſt.

CRASSIPES.

Crassipes ex nobili Furiorum gente, non alio mihi nomine cognitus, præterquam quod quaſtoris officium in Biſthynia obire uſus eſt.

MARCUS LICINIUS CRASSUS.

M. Licinius Crassus patre natus eſt triumphali & cenſorio, ipſe duplici & ovatione, & conſulatu clarus: anguſta in domo, nec ſplendide educatus eſt; frugalis eſt, dum vixit, menſa, eximia morum integritas, continentia ſingularis; ſed avaritia tam ardens, ut virtutes ejus pariter ac vitia pene obſcurarit.

Immènſa opes *Divitis* ei cognomen pepererunt; quam merito, vel ex eo collige, quod vulgo diceret, hunc duntaxat appellandum divitem, cui fruſus annui ad exercitum alendum fatiſ eſſent; comis erga hoſpites, & humanus; beneficia in amicos voluntate, populo amabilis, & ſalu procul omni jucundus.

Artem oratoriam coluit, qua publice ad civium deſenſionem uteretur: nulla tam lenis cauſa ad quam acceſſerit imparatus; nemo tam abjectus, cui non ſuccurreret, quem ſalutem non comiter reſalutaret, blandique complecteretur.

Syllanas in bello civili partes ſecutus, multa præclare geſſit; ſed avaritia factum eſt, ut nihil inde laudis colligeret: direptione liquidem urbium, locupletum proſcriptionibus, publica demum calamitate res ejus privata in immenſum crevit.

Eo tempore (anno U. C. 673.) Pompejus adhuc juvenis, & Magni cognomen, & prius in ſenatum, quam lætus eſſet, triumphum gloriam obtinuerat; tam florenti fortuna Crassus invidit; verum abjecta ſpe bellicis eum rebus æquandi, conſugit ad togam, ac largiendo, ſublevando ſuſfragando tantam ferme poteſtatem adeptus eſt, quantam vincendo Pompejus.

Abſentis Pompeji illuſtrius erat in urbe nomen, ob res bello fortiter geſſas, præſentem Crassus paululum obſcurabat; quod ille inſiſta ſibi ſeveritate multitudinem declinaret ac forum; paucique ſibi uni commodus, advocatum ſe præberet; Crassus autem facili cum eſſet aditu, & conjunctis negotia curaret ſedulo, plebi inſignis, multo quam Pompejus, jucundior erat.

In ambobus corporis majestas, orique par faciundia, perpetua laudis emulatio, aliquandiu ſimulas, capitale nunquam odium; in vite curſu varius ac multiplex, nec amicus conſans, nec inimicus difficilis placari; qui ſcilicet objecto queſtu amicitiam & odium ultro deponeret. Earumdemque legum, prout utilitas privata poſtulabat, deſenſor eſſet aut oppugnator.

Anno 690, Catiline faſſive ſuſcipio fui; cum enim ampliffimo exercitum Pompejus in Aſia tum præſſet, cupiebat cuſuſvis opeſ contra illius potentiam crefcere; in hanc præterea ſpem adductus, ſi res ex ſententia ſuccederet, facile apud conjuratos principem ſe fore.

Anno 692, conſule demum Cæſare, inter eum & Cn. Pompejum, & M. Crassum inita potentis ſocietas, que urbi, orbique, ipſique tandem, diverſo licet tempore, exitium attulit: fecit id Pompejus, ut ea que in tranſmarinis provinciis decreverat, per Cæſarem conſulem lata fierent: Cæſar autem, quod animadvertet ſe, cedendo

dendo Pompeji gloriæ, auſtarum ſuam, & invidia communis potentie in illum reiecit, confirmaturum partes ſuas: Crassus, ut quem principatum aſſequi ſolus non poterat, auſtoritate Pompeji, viribus autem Cæſaris, obtineret.

Anno 698, Crassus & Pompejus, qui jam una conſules fuerant, alterum ſimul conſulatum inire, qui per vim ab iſ occupatus, per vim quoque, nec honeſte paratus eſt. Lege, quam Pompejus tulit, prorogata eſt Cæſari in aliud quinquennium Galliarum adminiſtratio; Crasso bel-
lum Parthicum animo meditant, Syria decreta.

Anno 699, proficiſcentem malis ominibus & execrationibus retinere fruſtra conati ſunt tribuni plebis; at Euphratem cum eſſet tranſgreſſus, peteretque Selen-
ciam huic impoſitam flumini, immanibus equitum circumſuſus copiis, a Surena Parthorum duce interemptus eſt, anno 700: vir, teſte Vellejo, *cætera ſanctiſſimus, nec pecunia, nec glorie concupiſcentie modum ullum fecit.*

LUCIUS CULLEOLUS.

De quo nihil peculiare habeo, quod dicam, præter illa que breviter in notis obſervavi.

CAJUS SCRIBONIUS CURIO.

C. Scribonius Curio patrem habuit eloquentia, conſulatu & triumpho nobilem; ipſe dicendi arte & ingenio non inferior, quam pater: at mores in utroque diſparis. Impurus, ut nec ſuæ fame parceret, nec aliena; prodigus, ut magnas inter opes egeret; ad facinus quodlibet audax, ſuoque ac reipublicæ damno ingenioſus & eloquens.

C. Clodii quaſtorem in Aſia fuiſſe, anno U. C. 698, ex epiſtoliſ libri ſecundi certo colligitur; unde poſt in urbem reverſus, plebi Romæ ſpectacula, ut mortui patris memoriam honoraret, temporibus inſinitis adornavit, fruſtra diſſuadeo Tullio, qui prævidebat Curionem, diſſipatis opibus, & alieno oppreſſum gre, turbas in republica facturum.

Anno 703, tribunus plebis, Pompejo

primus ac ſenatus favere, mox Cæſari pariter ac Pompejo adverſari viſus eſt, animo tamen ad Cæſarem inclinans: hunc demum grandi corruptus pecunia, libere contra conſules iplamque republicam deſcendendum ſuſcepit. Unde Virgilius: *Pondus die hic auro partiam, dominumque potentem Impulſit.* Quapropter cum ipſe heret de ſucceſſore Cæſaris in ſenatu mentio, a Curione ſe interceſſum, ut nihil de provinciis conſularibus poterit hoc anno decerni.

Exacto tandem magiſtratu, reſiſtaque urbe, Ravennam ad Cæſarem advolavit, Cæſariæ dominationis velut ſignifer, civilique incendiis primarius ſignifer.

Juſtus eſt a Cæſare in Siciliam cum tribus legionibus, eaque recepta, in Africanam ſe conferre.

Anno 704, Juba rex Mauritanie, idemque factionis Pompejanæ fautor, Curionem oderat, quod tribunus plebis regnum ipſum in provinciæ formam redigere voluiſſet: hanc injuriam ut ulciſceretur, ultimam ei cladem moliri ſtatuit: & certe Curio ſecundis aliquot præliis in Africa contra Pompejanos, uſus, & ab exercitu diſtus Imperator, in fraudem inductus eſt: cum enim aliquando prodiſſet in aciem quaſi cum Subura Jobæ præfecto, parvaque manu pugnandum ſibi foret, ab ipſo rege totoque exercitu ex improviſo circumſuſus, impetum non ſuſtinuit.

Ubi Domitius præfectus equitum rem deſperatam videt, Curionem horrat, ut fuga ſalvi conſular, ſe ab eo non diſceſſurum pollicetur: at ille: Egone amiſſo, quem a Cæſare acceperam, exercitu, in eus conſpectum nunquam revertar? Sic prælians interſicitur, ut imprudentis culpam glorioſo interitu utrunque penſaret.

MARCUS CURIUS.

M. Curius e Curia conſulari gente, optime ſemper in Ciceronem ac republicam animatus; quaſtorum urbam exercuit anno U. C. 691: quadriennio poſt ad tribunitiam dignitatem evectus, ſuum quoque operam anchoriatemque adhibuit, ut Tullius ab exilio revocaretur; quod Cicerone ipſe in Oratione poſt reditum in ſenatu, honorifice teſtatur. Deſperata libertate, ob Cæſaris & Pompeji diſſidium, in Græciam ſe